

IANI
DANGLAEI
IN SENATV BRIT
TANNIAE CELTICÆ
CONSILIARI,

SEMESTRIA.
SENATV CONSULTIS ET
Observationibus iterum illustrata in hac editione tertia.

A BERNARDO AVTVMNO Iurisconsulto.



PARISIIS,
Apud NICOLAVM BVON, via Iacobæa sub signo
D. Claudij, & hominis siluestris.

M. DCXXVI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



SENATVI BRI-
TANNIÆ CELTICÆ,
IANVS LANGLÆVS IN EODEM
SENATV CONSILIARIVS.

COMMENTARIOS iuris quibus Semestrum nomen præfiximus in lucem daturis, Patres & Collegæ nullum aliq[ue] patres magis se se obiulit vestro nomine, qui oculus unius cuiusque ad eos aditus pateret. Si enim, sicuti docent opifici, medijs & extremitatum ratio esse debet: hanc mihi vobiscum meo iure potero vendicare, qui ante duos & viginti annos in hunc ordinem affectus, & ab initio ferme nascentis senatus, semper vobiscum egi: semper vos testes habui vita, iudices actionum. Semestris solius quo domi nobis per negotia publica libere licuit aspirare & in otio, philosophari turissimo, iusta vos manere potuit ignorantiae causa. Sed enim hodierno die istius otij rationes totiusque Semestris propono expendendas nihil eorum omissarum quæ rei domesticæ cura & aduersa oculorum valetudo in publicum conferre permiserit. Hoc si vobis placuerit tanquam medio illustrato sic extremis luce fulgentibus, nemini displicere posse mihi persuadebo, labores nostros quam unicam spero & expecto mercedem. Neque enim is sum qui cæco mei amore ductus, quasi maratonij onustus spoliis, annulo, corona aut alio victoriae præmio velim donari

A



B

IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARIJ, SEMESTRIVM

Liber primus.

*DE ADVOCATIS ET CAVSARVM PATRONIS.

C *Aduocatum non habentibus à Judice dari oportere.*

CAP. I.

D **P**ORRIGVNTVR frequenter, non Senatui tantum, vcrum ctiam Prætoribus, aliisque iuridicis, supplices eorum Libelli, qui se Aduocatum non habere, neque inuenire posse conqueruntur, qui suam causam agere, vel defendere velit: quibus subscribi solet, vt qui primū ex causidicis fori eius in quo lis vel agitur, vel agi speratur, rogatus fuerit, patrociniū eorum suscipiat: si modo ab ad-

* De Advocatis) Ad-
vocatus est
qui adest
reco. Fabius,
quibus ad-
uocamur, id
est quibus
aduocati sis-
mus. Inter
aduocatum
& Patronū
hoc inter-
esse Valla
existimat.
quod Aduo-
catus non
tantum fa-
gnificet cū
qui alterius
causā agit,
quem pro-
ptiē Patro-
num dici-

mus, Verum etiam quicunque adest alteri in causa, officij gratia: Aduocatus appellatur, etiam si nihil dicat, neque agat, sed rancrum paratus sit defendere: Patronus propriè qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cic. Trebatio epist. 14. lib. 7. Quod scribere oblitus es, minus multo iam te Aduo-
cate causa cadent. Iure ciuili ferè semper Patronus sumitus pro manumissore, tamen Aduocatus & Pa-
tronus Iure Gallico, promiscue usurpantur.

In Aduocatos pecuniae & lucro inhiantes, huc eleganter Petrus Blefensis epist. 26. Hoc scilicet avaritia
militant Patroni causarum, illud quandam venerabile nomen, & gloria professo Aduocati, viligescit venalitate,
dum miser & perdutus lingua vendit, lites emit, matrimonia legitima dissoluit, amicitias rumpit, scipit aram litium
civiles suscitat, passiones violat, detraflat transactiones, prudelia frangit, & in captiuitate pecuniae pedicas &
reticula tendens, iura omnia interuerit. & quemadmodum pertinaci triduo antequam occideretur, vias effupillat
sine imaginibus quas reddere solent, scribit spartianum; ita Aduocatus quib. est lucris principia cura, diest vera Virtus:
in imago.

A